



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

10. An Generalatus, Provincialatus, Correctoratus, Prioratus, &c.
includantur sub nomine beneficij ad incurrendas poenas Symoniæ? Et an
Mediatores Symoniacæ electionis ad Prælaturam aliquam Religionis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

2. Quoad secundum verò dubium, an Episcopus teneatur restituere pretium, ejus resolutio pendet ex illa questione, an non tantum pretium receptum pro simonia in ordine, beneficio, & ingressu Religionis sit necessarium restituendum? & affirmativam sententiam docet Navarra de restit. lib. 2. cap. 2. n. 405. & lib. 4. cap. 2. n. 134. Aragon in 2. 2. D. Thom. q. 100. art. 6. D. Anton. part. 3. tit. 1. cap. 5. §. 7. Sylvest. ver. simonia, quest. 20. dicto 2. in fin. Cajetan. in sim. ver. Restitutio, c. 4. Covarr. in reg. peccatum, part. 2. §. 2. num. 7. Lopez ubi supra, & alij.

3. Sed licet hæc sententia sit probabilis, non minus probabilem contrariam esse censo, quam in terminis docet Thomas Sanchez ubi supra, num. 2. qui respondet ad omnes Canones, qui videntur facere pro affirmativa sententia, & ideo absolute docet nullo modo teneri restituere ante judicis sententiam pretium recipientem simoniace extra simoniam in beneficio, ordine, & ingressu religionis, quia jure divino ad id non tenetur, ut probat dub. 111. & jus Ecclesiasticum nullum est quod obliget ante judicis sententiam restituere, exceptis illis tribus casibus; ergo, &c. Vnde hanc sententiam quod jure Ecclesiastico non impediatur translatio domini, nisi in simonia in ordine, beneficio & ingressu Religionis, tenet ex Thomistis Sotus de just. lib. 9. quest. 8. art. 1. ad 6. ver. Porro verò. Vide etiam Henriquez libro 7. de indulg. capite 35. numero 4. in glossa lit. S. Et hanc opinionem probabilem esse concedunt ipsi adversarij, ut Lopez loc. cit. parte 1. capite 307. & tenent quidam docti recentiores, ut observat Sanchez, qui hoc intelligit, & optime, quando tradita est res spiritualis, si enim non sit tradita, pretium est restituendum; & ponit alios duos casus, in quibus pretium restitutioni obnoxium est. Verum ex dictis oritur etiam pro praxi sequens quaestio, videlicet cui est restituendum pretium receptum pro simonia in ordine, beneficio & ingressu Religionis? & tale pretium esse restituendum Ecclesiae in cuius injuriam simonia commissæ est, vel pauperibus, tradit D. Thom. in 2. 2. quest. 100. articulo 6. ad 4. & quest. 32. art. 7. ad 2. & quest. 62. art. 4. ad 2. Tabien. ver. simonia, quest. 76. & 77. D. Antoninus part. 2. tit. 1. cap. 5. §. 7. Aragon in 2. 2. quest. 32. art. 7. Cajetanus ver. restitutio, cap. 4. & alij. Probat hæc opinio ex cap. de hoc, & cap. Audivimus, de simonia, & tenet præter DD. citatos Lessius libro 2. cap. 41. dub. 31. num. 171.

4. Verum licet hæc opinio sit valde probabilis, ut ait Bañez in 2. 2. quest. 32. art. 7. dub. 2. tamen ego teneo in tali casu, pretium ante judicis sententiam esse restituendum danti; & ita docet Bañez loc. cit. Molin. de just. tom. 1. tract. 2. disp. 92. Medina in summ. lib. 1. cap. 14. §. 21. Sotus de just. lib. 9. quest. 8. art. 1. & alij, quos citat & sequitur Thom. Sanchez in opusculo, tom. 1. libro primo, capite tertio, dub. 114. numero 11. quibus ego addo Villabos in summ. tom. 2. tract. 37. diff. 4. num. 2. & Gordonum in Thol. moral. tom. 2. libro 8. quest. 9. cap. 2. §. 4. num. 7. quia dans non aliter abdicat à se dominium, nisi ut in recipientem transferat. Ergo si recipiens est incapax, dominium remanet apud dantem, de quo non debet spoliari, nisi per legem aliquam, quæ tamen non extat. nam textus citati pro contraria sententia ubi supra, applicantes Ecclesiae injuriam passæ pretium, sunt in pœnam talis injuriæ; sed pœna non obligat ante judicis sententiam, ergo, &c.

5. Notandum est tamen quod cum omnes supradictæ sententiæ sint probabiles, potest quis tuta conscientia dictum pretium vel danti, vel Ecclesiae, vel pauperibus restituere; & ideo si is qui recepit pecunias in pretium beneficij & Ordinis, sit pauper, potest

Tom. V.

retinere sibi dictum pretium. Ita Sanchez ubi supra num. 12. & 13. quod etiam optime excipit à dicta conclusione datum simoniace pro gratia & justitia, & datum pro ingressu Religionis. nam in primo casu pretium ex Bulla Grégor. XIII. restituendum est pauperibus, in secundo verò ex cap. venienti, de simonia, restituendum est danti.

RESOL. X.

An Generalatus, Provincialatus, Correctoratus, Prioratus, &c. includantur sub nomine beneficii ad incurrendas penas simoniæ?

Et an mediatores simoniace electionis ad Prelaturam aliquam Religionis incurrant excommunicationem? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 156.

§. 1. Affirmativè respondet per Extravag. 2. de simonia. Filucius tom. 3. tractat. 15. cap. 4. quest. 7. num. 87. Suarez tom. 5. disp. 22. sect. 5. num. 24. & disp. 11. sect. 4. num. 45. Navarrus in manuali cap. 27. num. 116. Raynerius in catal. cens. pap. 9. excomm. 12. Cajetanus ver. excommunicatio, cap. 75. & hanc opinionem de nostris Consultoribus, Definitoribus, Præpositis, &c. docet etiam Peregrin. in constit. part. 3. cap. 1. lit. I. §. 2. ver. septimo. ubi asserit supradicta esse beneficia regularia, & qui illa simoniace obtineret, in penas latas contra obtinentes beneficia cum simonia incurteret, & novissimè idem docet Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 23. cap. 12. num. 182. & tribuens sententiam Lessius in noviss. editione Lugdunensi 1622. lib. 2. cap. 35. dub. 25. num. 137. & tandem Sanchez in opusculo, tom. 2. lib. 2. cap. 3. dub. 104. num. 5. & 11. & dub. 107. num. 3.

2. Sed aliqui contrariam sententiam probabilem etiam esse putant, & illam tueri Barbosa in collect. tom. 3. lib. 5. Extrav. 2. num. 9. Petrus de Relig. subdiano, tom. 1. quest. 1. cap. 31. §. 9. dict. 21. Azor part. 3. lib. 12. cap. 21. quest. 6. ver. quæres, & Bonac. tom. 1. de simonia, disp. 1. quest. 7. §. 2. num. 4. Ex iisdem verbis tom. 3. disp. 2. quest. 3. punct. 24. num. 4. & alij penes ipsos, asserentes, sub nomine beneficii intelligi eos solum, quæ proprie beneficia vocantur, & si in d. Extrav. 2. de sim. Papa voluisset quælibet officia spiritualis regiminis complecti, clarius locutus in illa fuisset, & ideo cum in materia pœnali versemur, verba non sunt interpretatione amplianda, sed potius restringenda. Vnde in materia pœnali non valet argumentum à pari, vel à minori; ad maius, sed proprietarij verborum standum est. & in d. Extrav. nomine officiorum Ecclesiasticorum non intelliguntur quælibet officia Ecclesiastica, sed beneficia, ut patet ex verbis antecedentibus & consequentibus, nam ut Summus Pontifex omnia beneficia generaliter comprehenderet, usus est dictis verbis, quia fieri potest ut aliquod beneficium aliquibus in locis Officium vocetur.

3. Verum his non obstantibus ne ducedas à prima opinione affirmativa quam præter Doctores citatos tenet Portel in dub. Regular. tom. 1. ver. simonia, num. 5. Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regul. resol. 129. num. 5. Tamburinus de jure Abbatum tom. 2. disp. 10. quest. 5. num. 3. & 4. Gordonus in summ. tom. 2. lib. 7. quest. 13. cap. 4. num. 70. & Sebastianus à Bononia in tract. de elect. part. 2. cap. 1. dub. 58. num. 18. cum quo in uno casu libenter negativæ sententiæ adhererem, quando officium Ecclesiasticum obtentum simoniace penderet ex arbitrio delegantis, ut sunt Vicariatus domus in nostra Religione, qui dependent ad libitum ex voluntate Præpositi.

4. Ex his resolvitur illa quaestio, an mediatores simoniæ

D d

niacæ

niac electionis ad Prælatum aliquam Religionis, incurritur excommunicationem. Doctores qui asserunt has Prælatas non includi sub nomine beneficii negativè respondebunt, & ita Peyrinus ubi *supra* d. 24. sic ait: Qui fuit mediator ad consequendam aliquam dignitatem in Religionibus mendicantibus, non incurrit excommunicationem *Extravag. 2. de simonia*. Ita ille. Sed Doctores sentientes has Prælatas esse beneficia ad casum propositum, affirmativè sententiæ adhererunt.

RESOL. XI.

An Regulares convenientes inter se, ut alter in una electione suffragetur uni, & alter alteri in alia, committant simoniam?

Et quid si pactum non intervenit, sed tantum futura oblatio spectetur, si dicatur, da hoc suffragium, & providebitur tibi de aliare, vel quid simile? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 125.

^{Sup. hoc lege doctr. ref. seq. & sup. signanter in fin. ref. 7. s. Nota etiam paulo post in. vers. Addit Diana.} §. 1. **R**espondeo affirmativè, ut innuit *c. cum pridem, c. fin. de pactis*. Secus asserunt aliqui, si pactum non intervenit, sed tantum futura oblatio spectetur, si dicatur, Da hoc suffragium, & providebitur tibi de alia re, vel quid simile; & ideo Villalobos in *summa*, tom. 1. tractat. 27. d. 24. n. 1. sic ait. [Advierit Emanuel Rodriguez con Navaro, que una cosa es, ofrecer esperanza, y otra cosa, el hazer pacto y concierto, porque si el Superior dixesse al subdito, por amor de mi que dexes este oficio, que yo procurare dar os otra cosa, como se suele hazer muchas vezes, sin animo de obligarse, no sera simonia, aunque parece cierta manera de soborno, y por este camino se esculan muchos que dizen a sus amigos, ayudadme en esta ocasion con vuestro voto, que yo os ayudare en otra, que esto no es hazer pacto, si no ofrecer esperanza; mas lo cierto es que esto se llega mucho a simonia.] Ita ille, & post illum Hieronymus Rodriguez in *compen. 99. Regul. resol. 129. num. 3.* Sed cum hæ oblationes sobornationis speciem præferant, ideo debent à Religiosis esse maximè alienæ, vide etiam Suarez de *relig. tom. 1. lib. 4. c. 44. num. 3. & seq.*

RESOL. XII.

An si simonia permutare res spirituales, dummodo non sint beneficia, ut v. g. si Monachus dicat alteri: Elige me in Provinciale, & ego eligam te in Priorem; vel fac pro me Sacrum, & ego faciam pro te; audiam tuam confessionem, si tu audias meam, &c.? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 150.

^{Sup. hoc inf. in Ref. 26. s. Hinc paulo post initium, cursum in vers. Et hanc sententiæ & sup. in Ref. 7. s. Nota etiam paulo post in. vers. Addit Diana. & lege doctrinam præcedentis ref.} §. 1. **V**T, v. g. si Monachus dicat alteri, Elige me in Provinciale, & ego eligam te in Priorem: vel si aliquis dicat, Faciam, pro te Sacrum, & tu fac pro me; audiam tuam confessionem, si tu audis meam, &c. & affirmativè respondet Richardus in 4. dist. 25. art. 3. *quasi 2. ad. 1. Sylvester ver. simonia, quasi. 16. in fine. Tabiena eodem ver. quasi. 45. num. 46. Armilla num. 41. & Petrus Navarra de restitut. lib. 2. cap. 2. num. 386.* nisi prædicta commutatio, ait Lopez in *instru. part. 1. cap. 299.* fieret ex benevolentia & gratitudine absque aliqua obligatione.

2. Verùm contraria sententia docet in his casibus nullam adesse simoniam, quia jura prohibent commutationem beneficiorum; ergo cum sint pœnalia, non debent extendi, & sic intelligendus est textus in *cap. questum, de rerum permut.* Confirmatur, quia simonia est commutatio rei spiritualis pro temporalis; sed in dictis casibus, vel similibus, nil est temporale.

ergo non potest esse simonia. Ita Aragon in 2.2. *quasi. 100. art. 1. Sotus lib. 9. de just. quasi. 5. art. 2. ad 3. Victoria in relect. de simonia num. 17. & hæc omnia docet novissimè Sanchez in opusculis, tom. 2. lib. 2. cap. 3. dub. 44. num. 3. ubi asserit ita sentire doctos recentiores.*

3. Vnde ex mente supradictorum Doctorum inferretur corrumpere ea, quæ tanquam certa asserit Peregrinus ad nostras *confut. part. 3. cap. 1. lit. I. s. 2. ver. sexto & septimo*, quia in casibus quos ipse ibi ponit, non commutatur spirituale pro temporalis, sed spirituale pro spirituali, & illa officia licet sint spiritualia, non sunt tamen beneficia, ut supponit Peregrinus, nam multi ut *infra* videbimus, contrarium docent; & ita contra Lopez docet Sanchez loco cit. num. 4. ubi sic ait. Hinc exculantur à simonia Monachi convenientes inter se, Elige me in Provinciale, & ego te eligam in Priorem; quia licet hæc officia sint spiritualia, at non sunt beneficia; sic docti juniores. Hæc Sanchez.

4. Sed licet hæc opinio sit probabilis, ego tamen contrariam teneo, per ea quæ dixi in 3. p. tract. 2. *ref. 125.* & licet hoc efficere non esset simoniacum, esset tamen damnabile, ex aliis rationibus.

RESOL. XIII.

An incurrat labes simoniaca, si petatur à Monachis dos, quando Monasterium est dives? Ex p. 3. tr. 7. & Misc. Ref. 19.

§. 1. **N**ovissimè Renatus à Valle editit eruditissimam disceptationem de Religio negotiatore, & in §. 9. num. 140. agens de proposita questione, ad illam affirmativè respondet, sic enim ait. Attendenda tamen, & exactè servanda sunt conditiones quas proponbam. Nempe ut Monasterium sit egenum, nec plus accipiat, quàm præcisè ferat sustentatio unius pullæ, alioqui acceptio erit simoniaca, si minus nudo jure divino, & naturali, at saltem supposito jure Ecclesiastico, ex *cap. quoniam, de simonia*. Scio Sotum l. 9. de *justit. quasi. 6. art. 2. & Philareum 2. p. lib. 6. c. 7. sub finem*, contrarium sentire, existimantes Monasterium locuples posse accipere quod necessarium est ad puellæ sustentationem. Sicut Sacerdos alimendū copiosius, potest ex Altaris ministerio accipere sustentationem suam, absque simonia. Sed quod dixi multis confirmatur à Suar. *tit. 5. 3. part. diffin. 22. scilicet. à num. 10. & lib. de simon. cap. 17. num. 9.* Et ratio est, quia Ecclesia intuitu Religionis, & ne consortium spirituale, ac status perfectionis acquirere videretur subijci pretio, edixit, ut bona Monasterij gratis conferretur in sustentationem personarum, quæ in illud cooperatur. Si igitur collatio talium bonorum vendatur, ut sunt sic, si persona non admittatur ad fruendum bonis illis absque pecunia, non modò admittetur injustitia, (quod unum concedit Reginald l. 13. num. 193. estque ex natura rei perspicuum;) sed etiam admittetur simonia, saltem supposita Ecclesiæ prohibitione, quæ jus admittit Monasterio percipiendi quicquam ob admisionem ad participationem bonorum communium, sive ad sustentationem ex eis habendam. Igitur si Monasterium locuples, dicatur pro admisione aliquid accipere titulo sustentationis, titulus est vanus arque confictus, revera autem titulus accipiendi non potest esse, nisi admisso ad sustentationem ex bonis Monasterij accipiendam, quæ est aperta simonia, qualis esset ejus qui diceret se gratis conferre beneficium, sed accipere pretium pro fructibus. Affine exemplum est ejus, qui diceret se à mutuario accipere ultra sortem titulo sustentationis, non titulo mutui, quod nemo negaverit continere verum